

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda aurea sanctorum, sive Lombardica historia

Jacobus <Genua, Erzbischof>

[Lyon], 20. Juli 1486

De sancto Fabiano xxii

[urn:nbn:de:bsz:31-289352](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-289352)

vox vocavit eus dicens. Surge exi et vide. Et ecce vidit quendam longum et terribile caput usque ad nubes tollentem qui quosdam pennatos ad celum volare cupientes: extensis manibus prohibebat: et alios libere pervolantes retinere non poterat: et maximus gaudium mixtum cum nimio dolore audiebat. Et intellexit animam illam esse ascensum. et dyabolum prohibentem qui quosdam obnoxias retineret. et de sanctorum volatu quos retinere non poterat sic doleret. Aliquidum cum fratribus operaretur anthonius: suspiciens in celum cum tristis visione vidisset: pulvulus ante deum rogavit ut futurum scelus auerteret. fratribus vero super hoc eum interrogantibus cum lacrimis et singultibus dixit quod in auditum scelus seculis immineret. Vidi inquit altare dei a multitudine equorum circumdatum qui calcibus omnia discerpebant. Magno enim turbine fides catholica subvertetur. et homines iumentis similes christi sacramenta diripiunt. factus est vox domini dicens. Abominabunt altare meum post duos autem annos erumpentibus arianis ecclesie unitate sciderunt: baptisteria et ecclesias polluerunt et super altaria christianos instar ovium mactaverunt.

Dux quidam egypti arianus nomine ballabius cum ita ecclesiam dei infestaret: et virgines et monachos nudatos publice verberaret: sic ei scripsit anthonius. Video iram dei super te venientem. Jaz desine persequi christianos: ne ira dei te occupet. quod proximum tibi minas interitum. Infelix legit epistolam et irrisit et in eam expuens ad terram projecit: ac portitores verberibus multis afflicto anthonio talia remandavit. Quonia tibi est tanta cura de monachis ad te quosque pueniet nostri disciplina rigoris. Post quinque autem dies equum suum mansuetissimum in fides morsu ipsius equi ad terram projecit: et corrosis atque laceratis cruribus infra triduum expiravit. Cum quidam fratres verbum salutis ab anthonio quaesivissent ait ille. Audistis dominum dicentem? Si quis te percussit in una maxillam prebe ei alteram. Dicit et hoc implere non possum. Et ille. Saltem de una patienter ferte. Et illi. Nec etiam hoc possemus. Quibus anthonius. Saltem ne velitis putere magis quam pati. Et illi. Nec hoc possemus. Tunc anthonius dixit discipulo suo. succos prepara fratribus istis quia nimis delicati sunt. Sola oratio necessaria est vobis. Nec in vitas patrum legunt. Tandem beatus anthonius. cy. anno vite sue fratres de osculans in pace quiescit: sub constantino. qui cepit circa annum domini. ccc.

De sancto fabiano xxii. A

Fabianus quasi fabricianus: fabricas beatitudinem supernam. id est eam sibi acquirens triplici iure. scilicet iure adoptionis. emptionis et debellationis.



Fabianus civis romanus factus: et cum papa defuncto. pro alio eligendo populus convenisset: inter eos et ipse venit: rex exitum scire volens. Et ecce coluba candida descendit super caput eius. Quod cum omnes mirarentur in papam ab eis eligi. Hic ut ait damasus papa per omnes regiones septem diacones misit: et eisdem septem subdiacones tradidit. qui omnia gesta martirum collegerunt. Hic ut ait baymo imperatori philippo volenti inter esse pasche vigiliis et communicare mysterijs restitit nec quousque peccata confiteretur et inter penitentes stare interesse permisit. Tandem pontificatu suo anno. xiiij. iussu decem capitum obtruncatione martirio coronatur. Passus est autem circa annum domini. cclij.

De sancto Sebastiano xxiii. A

Sebastianus dicitur esse a sequens et beatitudo: et a stum quod est civitas: et ana quod est sursum quasi sequens beatitudinem civitatis superne: hoc est eam possidens et acquirens: et hoc quintupli denario secundum augustinum. Paupertate regnum. dolore gaudium. labore requies: ignominia gloria: morte vitam. Vel dicitur sebastianus a basto. Nam miles christus equus ecclesie. bastum sine selle sebastianus: quo mediante christus in ecclesia militavit: et de multis martiribus victoria obtinuit.